Nō tñ pōt abſolute remittere culpaꝫ/ p̄ſer/
tim in nō penitēte ſed pctm̄ iuſtificāte pa/
lam/⁊ in eo ꝑſeuerāte/in ſcandalū ſubdito
rum/que iuſtificatio neqꝫ in Chaym/neqꝫ

ĩn anthiocho ſceleratiſſimo/ nec in Juda
pfido inuenta eſt/ quia dixerunt peccaui.
Amplius ſcdo quia rex p has aſſertiones
deducitur nedū ad peccatū mortale ɔmit⸗
tendū/ ſed ad hereſim dum dicitur qd tene
tur tanqȝ licite laudabile ⁊ meritoriū ama
re remunerare ⁊ laudare id qd de ſe iniquū
eſt. Et quia dicente ſapiente. Qualis eſt re
ctor ciuitatis tales ⁊ habitātes in ea/ ⁊ clau
dianus ait. Regis ad exemplū totus ɔpo
nitur orbis/ ſequeretur hereticatio omniū
fere ſubditoꝝ. Attendant hic omnes pſer⸗
tim domini cōmiſſarij/ qualiter hec mate⸗
ria tangit plures ⁊ magnos ĩmo maximos
quia regem cū toto clero ſuo/ quibꝫ impo
nitur nedū hereſis ſed qd ſunt heretici/ dū
eoꝝ ſnīa pronō catholica reprobatur/ qr de⸗
terminare falſaȝ doctrinā pro vera nequit
fieri ſine ptinacia/ vt deducit okam quarto
prime. Rurſus tertio includitur hic blaſphe
mia cōpatio de michaele ⁊ phinees/ quaſi
michael occiderit luciferū ſine mādato dei
⁊ pcepto quocūqȝ. Similiter ⁊ phinees ipſȝ
zambri quoꝝ patet oppoſitum tam ex rōe
quā ex eplā iude de michaele/ qui nō eſt au
ſus inferre blaſphemiam ⁊c. ⁊ de phinees
Numeri. xxv. Unde ſi phinees occidiſſet
licite ſine mādato adulterū vel ydolatram
zambri/ cur nō ſimiliter tūc ⁊ nūc alter idem
poſſet. Sic argueretur de moyſe reſpectu liti
gantiū. Deniqȝ notatur vt ex aſſertione ter⸗
tia/ ſicut etiā res ſe habet/ qd hec peſtifera
doctrina multiplicata eſt p pplos ⁊ regna
ſub eplis ⁊ ppoſitionibꝫ has aſſertiones cō
T tinentibꝫ. Deducamus ꝑpterea falſitatē
octaue aſſertionis ad intellectū ponentis/
quoniā ſi liceat vnicuiqȝ iudicare de lege
diuina/ vt de iſta. Non occides/ ⁊ eam inter⸗
ptari ſm epykeyam ſuā ⁊ ɔſciā relinquen
do planū rotundū ac ſolidū ſenſum poſitū
per doctores ſanctos epick ⁊ ɔſcia quilibȝ
poterit ſcripturā intelligere ſacrā aliter qȝ
ſpūſſanctus efflagitet/ qd eſt heres ſm deſcri
ptionē hieronimi/ Et hec incōueniētie ɔſe⸗
quūtur. Primo qꝫ poterit quilibet interp⸗
tari pceptū illud. Non furaberis. Sicut i
uentus eſt vnus dogmatizans qd p nutritō
ne pueri bone indolis ad eruditōȝ theolo
gie vel vtilitatē reipublice/ poterit rapi pe
cunia a diuite. alij qd licebat ɔmittere vſu
ram p ſubleuatōe paupeꝝ. Alij qd ſymo⸗
niā p neceſſitate ecclie. Alij qd rapinā pro
fundandis eccleſijs vel hoſpitalibꝫ nemo

aſpiciēs ad malū ⁊c. Amplius ſcdo idem ar
guitur de hoc pcepto. Nō mechaberis. qr di⸗
ceret aliquis rex vel ppotēs/ ſterilis ē vxor
mea/ recipiā alteram ne ſucceſſione defrau
der heredis. Alter idem faciet p multiplica⸗
tione plis ad cultū dei. Rurſus tertio ɔtin
git hoc idē circa pceptū hoc. Nō mentieris
Mentiar inquit aliquis vt saluē pximū
vel meipm a morte ſeu dāno ſeu vitupio.
Mentiar ad ſalutē alioꝝ corpalem vel ſpi
ritualē. Mentiar vt licenti⁹ pdantur impij
tyrāni vel heretici/ ĩmo ⁊ ɔfeſſionē reuela⸗
bo ne pdantur reliqui. Poſtremo licebit eti⸗
am ſic parentes occidere in ſenectute ne lā
guēt diutius ſic occidere ſeipm ad euitatio
nem indigentiā ſeruitutis vel ſtupri vel cō⸗
tumeliā dei/ ſic fuerit temp⁹ dum omnis q
interficiebat xpianos arbitrabatur ſe obſeq⸗
um pſtare deo. Jo. xvi. ⁊c. Aduertitis āt
qȝ late pateat hec ruina/ ſi cuilibet non ſm
legē viuere ſed de lege iudicare licuerit/ cō⸗
tra illud decretū vulgatū. Eius eſt interpre
tari cui⁹ eſt condere legē ⁊ illud augu. de ve
ra religiōe diſ. iiij. c. In ipis tpalibꝫ legibꝫ
vbi dicit qꝫ dū inſtitute ſunt leges nō lice⸗
bit etiā iudici de eis iudicare ſed ſm ipas/
vñ fatemur ſenſū legis nō verba facere ſē
ſum lrālē/ ſed de ſenſu piti diffiniūt nō qli
bet p ſeipo. Deniqȝ cum ex ſolo ſenſu lrāli
ſcripture ſumitur efficax argumētū ſolidū/ ſi
lrālis ſenſus ſcripture in aliquo falſus di⸗
ceretur ⁊c. Tandē reprobetur aſſertio. ix. q i V
ſcedula min⁹ dānata ē rigide i caſu ſocieta⸗
tis iuramēti/ heretica ē/ ſacrilega ē/ pnicio
ſiſſima ē. Primo quidē qr piuriū ſm gen⁹
ſuū ſi thome creditur graui⁹ eſt homicidio/
qm eſt ĩmediati⁹ ɔtra deū ⁊ ɔtra pceptum
prime tabule. Cedit inſup in ſubuerſionē
grauiorē toti⁹ reipublice dū vinculū ei⁹ qd
eſt iuramētū/ rūpitur ⁊ diſſoluitur. vñ iuramen
tū eſt oīs ɔtrouerſie finis ſm aplm. Por⸗
ro ſi pder de⁹ oēs q loquūtur mēdaciū/ ita qꝫ
nulla adiectōe pōt licitū fieri/ qd de piurio
cēſebim⁹ iudicādū. Negetur rō aug. ⁊ qre mē
daciū nō recipit ɔpēſatōeȝ vt fieri licitum
poſſit. Rurſus exēplis ſacre ſcripture doce
mur. iiij. regū ⁊ palipo. i fine qd ſedechias
cū toto pplo iudeoꝝ iō pempt⁹ ē qr n̄ tenue
rit pactū cū idolatra nabuc. ſeduct⁹ p ſacer⸗
dotes dñtes qd cū ydolatre pfido ⁊ tyrāno
fed⁹ initū non tenebat ex quo erat ſine fide
Exemplū aliud eſt de ſymeon ⁊ leui quib⁹
iam maledixit pater quia fregerāt pactū cū

ſicbimitis initum: Exemplū aliud apud
gētiles de regulo et fabricio ac multis ſimi-
libus d̄ quibus loquit̄ Cycero .iij. de offi.
Notetur quid recitet tempe hannibalis de
duob; remiſſis ꝑ romanos. Exemplū de ꝑ-
fidia carthaginē̄. que ſubuertit eos/ qui-
bus dictum eſt ꝑ quos deus iurabit ⁊ vbi.
Exemplū de fide militū de fide mercatorū
de fide iohānis regis francie/ ⁊ alioꝝ cotti-
die ſine numero/ ꝯſtat ſeruaſſe et hodie ſer-
uare cōfederationes et vltra iuramēta. Ne-
dū in p̄iudiciū tpale ſui vel ſuoꝝ/ ſed etiaʒ
in p̄iudiciū vite ꝓprie/ qd̄ eſt vltimū p̄iudi-
cioꝝ tempaliū. Nota de lūbardis. Nota d̄
lothringis q̄ reducerent̄ captiui a ſuis ſi fu-
geret. Denicꝫ queritur ſi cōfederatus de q̄
loquitur hec nona aſſertio/ poterat ſeruare
iuramentū ſuū non occidēdo vel occidi fa-
ciendo tyrānū illuʒ cū quo iuramentū ⁊ fe-
dus habebat/ ⁊ ſi ſic/ tenebat̄ illud obſerua-
re/ cum non cederet in p̄iudiciū anime ſue
vel ſalutis eterne. Si vero nō potuerit ob-
ſeruare cōſequetur. Primo qd̄ tenebat̄ de
neceſſitate ſalutis tyrānum illū ſibi cōfede-
ratū vel occidere vel occcidi facere/ qd̄ imp-
batum eſt prius/ q2 non erat iudex eius vt
ſupponitur et q2 iudex etiā obſeruare fideʒ
hoſti debet. Sequit̄ preterea qd̄ talis pre-
ſentiens illum eſſe tyrannū/ dignuʒ morte
cui nec ſeruanda fides erat ſ̄m euʒ/ iurauit
in mendacio/ et in dolo malo. Unde litte-
ralis intellectus planus ⁊ groſſus apd̄ om-
nes iſtius p̄cepti. Non piurabis. ꝙ eſt om̄e
iuramentū deliberate et licite factū/ tenen-
dum eſt etiaʒ vſcꝫ ad p̄iudiciū mortis tem-
poralis/ qm̄ plus tenetur obſeruare fidem
ſuaʒ que eſt quedā integritas et virginitas
anime q̄ꝫ corpus ꝓprium vel alienū/ ⁊ eſt or-
do rectus caritatis. Promiſeramꝰ indu-
cere rationes cū auctoritatib; et hiſtorijs/
ſūmabimus illas/ plures itacꝫ cōtinentur
ſecūda ſecūde. q. v. ⁊. q. viij in aug. ⁊ hiero.
Plures in ſūma confeſſoruʒ ſuꝑ his voca-
bulis bellū/ homicidiū/ inſidie/ periurium
Sanctus thomas ad idem ſcd̄a ſcd̄e que-
ſtioni .lxiiij. m̄ltis articulis et queſtione de
inſidijs/ et queſtione de iuramento. Item
queſtione penultima ſecundi. Item libro
primo capitulo. vij de regimine principuʒ
ad regem cypri/ determinans hanc queſti-
onem ex intentione/ fundans ſe in hac au-
ctoritate petri. Serui ſubditi eſtote in om-
ni timore dominis nō tantuʒ bonis ⁊ mo-
deſtis ſed etiam diſcolis. Exemplificat de
multis romanoruʒ imꝑatoribus ſub qui-
bus xp̄iani paſſi fuerunt ſponte/ licet eos
potuiſſent occidiſſe/ vt pater de ſacra legio-
ne thebeorum. Sarreburien̄. inſuper qui
ab alijs diſtorte vel truncate allegatur facit
ꝓ dictis. libro tertio caplo. xvi. Ubi dicit
ꝙ tyrannus eſt qui vult contra leges domi-
nari. Et libro viij. caplo. xix. tradit ꝙ nul-
lus quantumcumcꝫ tyrannus etiā notori-
us et intolerabilis interficiendus eſt con-
tra iureiurandum/ necꝫ ꝑ veneuʒ. Exem-
plificat de dauid reſpectu ſaul. Et tandem
dat conſilium ſimile ſancto thome. Sed
addi poteſt ꝙ ꝑ generale conciliū poſſunt
tyranni iudicari vel deprimi non ꝓpria pre-
ſumptione. Eſt ad idem allexander de ha-
lis diffuſe tertia pte ſumme ſuper hoc p̄ce-
pto. Non occides. Ad ideʒ aug. libro de li-
bero arbitrio. ⁊ ſecunda cōtra fauſtuʒ. Ad
idem libro de vitijs tractatu de ira capitu-
lo. xij. Ad ideʒ leges ciuiles. Exempla ſūt
in ſcriptura de chayn ſceleratiſſimo de q̄
non licuit alteri vt interficeret eum. Item
de iudeis qui licet xp̄m reputarent tyrānū
peſſimum/ noluerunt tamē interficere ꝓ-
pria auctoritate. Concludamus tamen
ex iſtis omnibus veritatē ſcd̄e partis con-
cluſionis noſtre principalis/ ſcʒ qd̄ he no-
uem aſſertiones/ rationabiliter ⁊ catholice
ꝓut in ſcedula cōtinent̄ repbate ſunt ⁊ qua-
lificate/ imo profiteor cuʒ reuerendiſſimo
patre domīo cardinali cameracen̄. ⁊ firmiſ-
ſime teneo ⁊ nullatenus dubito/ quod hec
doctrina eſt heretica ⁊c̄. et damnata ꝑ hoc
cōciliū in iſta. Quilibʒ tyrānꝰ. ⁊c̄. Nec ſuꝑ
hoc opꝫ me Judicio cōcilij tāq̄ꝫ ſim dubi-
us ſubmittere/ q2 crederem me peccare fa-
ciēdo de fide certiſſima/ rē incertā. Habēt
ecce criminatores qd̄ intendūt/ me ꝯfiten-
tē qd̄ opponūt ⁊c̄. Elicit̄ ex his qd̄ nullus
a ꝯmiſſiōe circa materiā fidei/ repellenduſ
ē tāq̄ꝫ ſuſpectꝰ/ ſi dixerit hāc eē fidē ſuā/ quē-
admodū fecit ideʒ Reuerēdiſſimꝰ pr̄ dn̄s
Cardi. Camera. p̄ceptor meꝰ clariſſimꝰ ad
requeſtā Sereniſſimi regis romanorum
Sicꝫ p̄fulgidū decꝰ canoniſtaꝝ ⁊ flos gra-
tiſſimus dn̄s Cardinalis floren̄. Cōfeſtiʒ
vt alias me p̄ſente legit has aſſertōnes ad-
miratus. Et potuerunt inquit in vomere
defenſores quin mox fuerint aliqui contra-
dictores/ adeo ſibi manifeſtus error vide-
batur. Sequitur tandem Juramen-

tum fuiſſe licitum de repugnando talibus
erroribus. Tertia pars cōcluſionis pri
cipalis.

Demōſtratis itaqꝫ duabus primis
partibꝫ noſtre concluſionis/ita vt
non ſit relictus dubitationis ſcru/
pulus/apud illos qui nolunt fieri impru/
dentes/ ſed intelligentes que ſit voluntas
dei. Nam ⁊ ratio euidens ⁊ autoritas con
uincens. et hoc ſacrum concilium deter/
minans multipliciter hoc credere tradunt
et impellunt ⁊c̄. Expediamus nos breuio
ri ſermone de partibꝫ reliquis duabꝫ. Di/
cit tertia pars ꝙ he nouem aſſertiones po/
tuerunt ꝑ doctores ⁊ ordinarios locorum
doctrinaliter ac iudicialiter condemnari.
Stabiliamus hoc quadrupliciť. Pri/
mitus in iure diuino/ſpectat itaqꝫ ad prela
tos etiam inferiores paſcere gregem pabu
lo doctrine Jo.x. Bonus paſtor ⁊c̄. ⁊ Ma
thei vltimo docete omnes gentes ⁊c̄. Iſaie
lviij. clama ne ceſſes. Hieremie.xxiij. ve pa
ſtoribus ⁊c̄. Eze.xxxiiij. ve paſtoribus iſrl̄.
Ex.xxij. ſi ſpeculator vidit ⁊c̄. Et ſile eiuſ/
dem tertio Si dicēte me ad ipm̄. Treñ.ij.
ꝓphe tui viderunt ⁊c̄. Deut.xiij. ⁊ xvi. Cō/
tra hereticos prima ad thim̄.iiij. ad Titū
iij. ad Galatas.ij.v.⁊.vi. Item actuū.xx. at
tēdite vobis ⁊ vniuerſo gregi ⁊c̄. Ex quibꝫ
omnibꝫ fundatū eſt in ſcriptura ſacra q̄ꝺ
doctores ⁊ prelati poſſunt ⁊ debent popu/
lum ſubditum in doctrina ſana paſcere et
ne errent prouidere. Stabiliamus ſcd̄o ꝑ
tem eādem ex iure naturali ⁊ poſitiuo. Et
naturali quidem quo pater debet erudire
filios/ſapiens inſipientes docere/ videns
cecos ducere. Caput in mēbra influere ſē/
ſum/ ⁊ ita de reliquis ſimilitudinibꝫ natu/
ralibus. Ex poſitiuis vero iuribꝫ iudicaẗ.
extra de hereticis ca. ad abolendā ⁊ ca. ex/
cōmunicamus. ⁊ ca. ſicut. ⁊ extra de ſymo/
nia licet hely. et. lxxxiij. diſ. c. nil illo paſto/
re ⁊c̄. Stabiliamus tertio partem hanc et
approbatione huiꝰ ſacri concilij ꝑ practicā
eius. Collaudant enī condemnationes fa
ctas contra errores ⁊ wyckleff/ ꝑ vniuerſita
tes oxonieñ. ⁊ prageñ. ⁊ ꝑ ordinarios eorū
dem locoꝝ/quas velut temerarias ⁊ iniq̄s
reprobare debuerat ſi nequaqꝫ cū condem
natio talis licuiſſet. Inducerenẗ ſilia plu/
ra de prioribꝫ concilijs tam generalibus q̄ꝫ
prouincialibus/etiam ante nicenū conci/
lium ⁊c̄. Stabiliamus deniqꝫ quarto par
tem eandem ex ꝯſuetudine laudabili in di
uerſis diocesibꝫ ꝑſertim in pariſ. Illic enī
dānati ſunt articuli ⁊ dānanẗ quotidie per
doctores ſacre ſcripture ⁊ ꝑ ep̄os/ ⁊ iurant
baccalaurij priusq̄ꝫ legant ſentētias/ ī ma/
nu cācellarij par. ꝙ ſi quid audierint dici ī
fauorē articuloꝝ pariſ ꝯdēnatoꝝ/reuela/
bunt infra octo dies ep̄o vel cācellario par
qui erūt pro tp̄e. Scripſit ad hoc idē ſacre
theologie facultas in par. vniuerſitate in
tractatu quē miſit ad clementē ſeptimū ſol
uens rationes vel allegatōes in oppoſitū
ſūptas ex iuribꝫ male itellectis. Cuiꝰ facul
tatis autoritas maior eſt in hac ꝑte/quam
vnius gloſatoꝝ/qꝛ decreta ſūt dicta docto
rū ſanctoꝝ theologoꝝ/ que meliꝰ intelligi
pn̄t a theologis q̄ꝫ ſolis iuriſtis ſicut archi
tecta iudicat de ceteris. Concedimꝰ tn̄ ꝙ z
nulli inferiores ad papā vel ad generale cō
ciliū/faciunt determiationes in fide que li
gent generaliť omnes xp̄ianos vt ꝑciſe ſūt
taliū/ꝑterea dicunẗ inferiores ꝑlati cauſas
fidei magis ventilare q̄ꝫ termiare/ qꝛ reſer/
uaẗ autoritas ſupiori qui ꝑtātem hꝫ vl̄em
diffiniēdi ⁊ obligādi. Nō ſi dicaẗ qꝛ ꝑla/
ti inferiores ⁊ inq̄ſitores q̄nqꝫ ſunt ignari
ſacraꝝ lr̄aꝝ/ ſicut arguit occam/ plane ita
fuerūt q̄nqꝫ ſūmi pontifices/ꝓpterea conce
dimꝰ ꝑlatos inferiores nō debere q̄ſtiones
fidei iudicialiť decidere/niſi ꝯcurrentibus
iſtis cauſis. Prima ꝙ ſcandalū fuit ortū
ex aliquibꝫ aſſertionibꝫ in ſua dioceſi/qꝛ ꝺ
his q̄ foris ſūt nihil ad eos niſi forte req̄ſi/
ti ſint in fidei ſubſidiū. Scd̄a ꝙ aſſertōes
tales ſunt q̄ ſine ꝑiculo nō pn̄t diu admitti
vl̄ tolerari nec eoꝝ falſitas ignorari ſeu du
bitari. Tertio dū habeẗ ſufficiēs copia do
ctoꝝ in ſacris lr̄is ⁊ hoīm ſciētiū diſcerne/
re ſi tales aſſertōes ſunt explicite ꝯtra fidē
⁊ ꝑ ſacrā ſcripturā reprobate in ſn̄ia vel ef/
fectu. Poſſunt itaqꝫ imo ⁊ dn̄t ꝑlati ⁊ do/
ctores ſcire multa eſſe ꝯtra fidē explicitā/ q̄
lia ꝑplꝰs neſcit niſi implicite. Vn̄ regula
riter nec papa nec generale ꝯciliū debet fa/
cere determiatōes fidei niſi ꝯcurrāt he tres
cauſe. Et ſi dicit ꝑlatos ⁊ doctores poſſe fa
cere de aliquibꝫ aſſertionibꝫ declaratōes q̄
ſunt ꝯtra fidē/ nō tn̄ pn̄t determiare. Hoc
nihil eſt qꝛ papa vel generale ꝯciliū deter/
minādo de fide ſecluſa reuelatōe ſpēali/ nō
faciunt aliud niſi declarare talia eſſe ꝺ fide
niſi cum penarū adiectione. Deniqꝫ non
poteſt allegare ꝯtra ꝑlatos vel doctores ſi

prius dãnent aſſertões doctrinalr̃ ⁊ iudi-
cialr̃ ꝙ euocẽt ⁊ dãnẽt aſſertores. Exẽplũ
multiplex de nũmiſmate falſo/ ⁊ de morbo
canceris ac ſilib᷒. Hoc inſup practicatum
eſt in hoc ſacro concilio de errorib᷒ wicklef
⁊ de iſto quilibet tirãnus ⁊c. Et in alijs cõ
cilijs ⁊ de hereſib᷒ ⁊ apocriphis dogmati-
bus/ſine actione dãnatis. Eſt eni pꝛ᷒ dã-
nare hereſes ꝙ dãnari poſſint errantes/ꝓ-
pterea ꝑuerſiſſim᷒ ac ꝑnicioſiſſim᷒ eſt non
quidẽ ordo iuris ſed illius confuſio nolle
q̃nolibet tractare prius de intereſſe fidei ꝙ
diſcuſſum vel deciſum fuerit de intereſſe ꝑ
ſonali. Et hic locuꝫ hꝫ dictũ criſti Math.
xv. Irritũ feciſtis mandatũ dei/ꝓpter tradi
tiones veſtras. Nũquid nõ eſt iudiciũ ſuf-
ficienter fundatũ vbi erroꝛ nũciat᷒ eſt reus.
promotoꝛ accuſans/iudex damnans. Ad
uertant ꝑlati ea que ſequerent̃ incõuenien
tia paſſim ac libere aliqui ꝑdicarent quic-
quid vellent. Nec ꝑ poſſent corrigi niſi refe
rendo cauſas ad ſedem apl'icam/vbi plerũ
ꝗ pauci ſunt theologi/ niſi forte tales qui
pñt eſſe rei ⁊ pars audenter nõ arroganter
affirmo qḋ in dãnationẽ nouẽ aſſertionũ/
plures fuerũt magiſtri in theologia ac licẽ
ciati/abſꝗ bacc. formatis ⁊ alijs/ ꝙ ſunt in
hoc ſacro ꝯcilio/ ⁊ trib᷒ menſib᷒ durauit eo
rum deliberatio que fiebat publice ⁊ libere
proteſtãdo ꝙ ſolũ ad extirpatõeꝫ erroꝝ ſicᷓ
ſua ꝓfeſſio requirit intẽdebãt. Propterea
non euocata eſt facultas decretoꝝ tota ſicᷓ
theologi oẽs vocati ſunt/qꝛ de ſolo fidei in
tereſſe querebat̃. Addo ꝙ nullus vnꝗ in-
uentus eſt me ſciente q̇ auderet dicere ꝙ aſ-
ſertiones iſte ⁊ ſil'es eẽnt vere ꝗuis aliqui
diuerticula ꝯfingerent ne rñderent ad rem
iſtã. Rurſus executio facta eſt nõ ꝑ vnũ aut
ꝑ duos/ſed ꝑ ſedecim magiſtros ad hoc iu
dicialiter deputatos.

Equitur declarãda quarta pars ⁊ vl-
tima dicens ꝙ he aſſertiones no-
uem ſunt ꝑ hoc ſacrũ conciliũ vel ꝑ ſedem
apl'icam de neceſſitate ſalutis reprobãde/
⁊ hoc vere vel interꝑtatiue. Reddit̃ hec ꝑs
ꝑſpicua tam ex priorib᷒ reprobationib᷒ ꝙ
ex ꝓbationib᷒ partis ꝑcedentis. videlicꝫ ex
iure diuino/ ex iure naturali ⁊ hũano. Nõ
enim minus imo amplius conciliũ gene-
rale obligat̃ vigilanter intendere ad extir-
pationẽ erroꝝ ⁊ emendationẽ errantium/
quã prelati inferiores vel etiam ipi ſecula-
res principes qui qualiter obligant̃ notuꝫ

eſt ex priorib᷒ ⁊ ſcientib᷒ legem loquoꝛ. De
inde patet eadem pars ex verbis hui᷒ ſacri
concilij poſitis in condẽnationẽ hui᷒ aſſer
tionis. Quilibet tyrãnus ⁊c. vbi ſic dicit̃/
Precipua ſolicitudine volens ſacroſancta
ſynodus ad extirpationem erroꝝ in diuer
ſis mundi partib᷒ inualeſcentiũ procedere
ſicut tenetur/ ⁊ ad hoc collecta eſt. Nuꝑ ac-
cepit ⁊c. Deniꝗ ſumitur probatio partis
huius ex notorietate multiplicis ſcandali
qḋ veriſimiliter tolli nõ poteſt niſi ꝑ deter
minationẽ hui᷒ ſacri concilij. Scandaluꝫ
vnum eſt inter ꝑlatos etiaꝫ eiuſdem regni
plurib᷒ diffinientib᷒ vnã alijs murmuran
tib᷒ ⁊ virtualiter reprobantib᷒ dicendo qḋ
de opinione fidem facere volunt ꝙ ſenten-
tie pariſius late ꝑ regem ⁊ vniuerſitatẽ ap-
probate/ac per regnum accepte/ſunt iniq̃
pridie dicebatur in publico. Reuera bene
dixit apoſtolus de hereſi/ ꝙ ipſa ſicut can-
cer ſerpit/quoniam ex vna iam centum ex-
orte ſunt/ ita ꝙ ſanguis ſanguineꝫ tangit
Scandalum aliud eſt inter doctores ⁊ ſco
laſticos aliquos ſicut patet eorum quãuis
non expreſſe reprobent ſentẽtias iſtas/ſed
profecto ſeducunt ſeſe diffamant/nec iura
menta cuſtodiunt. Scandalum aliud eſt
et fuit multiplex ⁊ horrendum inter ſecula
res. Sed ve per quos/ quia non per fidei
defenſores / neꝗ per hereſum reprobato-
res/viderint ipſi qui fecerunt ⁊ faciũt ope-
re vel conſilio vnde ſcandalum tale venit/
quia profecto non datum fuit ſed acceptũ
Eſt enim pax multa diligentibus legẽ do
mini/ ⁊ non eſt illis ſcandalum. Ego fidẽ-
ter pro me reſpondeo ꝙ nec tam potẽs ſuꝫ
ꝙ poſſim operari deſtructionem talem to-
tius cõmunitatis aut regni. Nec tam per-
uerſus ⁊ neꝗ vt hoc vellem deo propicio/
et ad veritatem perſcrutandam eſſet vigi-
lantius attendenduꝫ quod importent vo-
ces tales/vt occurreretur deſtructionis ꝑi
culo ſi tale ſit et vnde ſit hec percuſſio/ eſt
inquiunt in deſtructionem cõmunitatis
totaliter ⁊c. Dicere habet omnis bonus ci
uis. Ecce ſi propter me tempeſtas hec orta
eſt/ mittite me in mare ⁊c. Sed reprimo.

Cum hec ita ſe habeant de tantis ſcan
dalis/dum ſacrum hoc generale conciliuꝫ
poteſt occurrere/et opem ferre ſi diſſil'et/ſi
ꝑcraſtinet/ſi in ꝑſonaꝝ acceptõeꝫ velit ha
bere fidẽ ihũ xpi. Nõne iudicabit̃ in ſe ⁊ in
ſuis mẽbris repꝛhenſibile? Nõne de reatu

apud deum ⁊ homines arguet/cur ita/quia
vnico ſnie diffinitiue verbo/tantis malis
occurrere poteſt/deuios ad ſe reducere ⁊ er-
rantes reuocare/qđ quanti meriti ſit iaco-
bus oſtendit. Dicunt itaq; omnes diffini
te pibimus recte qđ non phibitis. Faciūt
pro hac parte dicta ſcripture ⁊ ſanctorum.
extra de hereticis ca.ij. Qui alios cum po-
teſt ⁊c. xxiij.q.iiij.c.ita plane. lxxxiij.diſ.c.
error cui non reſiſtit approbat.extra de ho
micidio.c.ſicut dignū. Qui potuit homi-
nem liberare ⁊c. Math.xviij. de tollendis
ſcandalis ⁊ membris nocentib9 in corpore
myſtico/ac de illa lege dic eccleſie q ſi eccle
ſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus et
publicanus/debet etiaȝ ibi loqui ſic vt au-
diatur/⁊ prime Petri.iij.parati ſemp ad ſa
tiſfactionē omni poſcenti ⁊c. Obſecro/pe-
to ⁊ obteſtor per matrē omniū beneviuen-
tium caritatem/per illam ſine qua deo ne-
mo placere poteſt neq; ſaluari fidem.ſ.ca-
tholicā/per beataȝ deniq; felicitatis ſpem.
Nolite fieri ſicut monet aplus Imprudē-
tes/ſed intelligentes que ſit voluntas dei.

Conſtat aūt quātū eſt ad pñs dicere ta-
lis intelligentia in quatuor ↄſiderationib9
in quib9 mox finis erit. Proteſtor nihilo-
minus ſolēniter ⁊ ſuppoſite quod mihi ñ
piudicet modeſtia mea/quaȝ hactenus te-
nui coram dñis cōmiſſarijs ⁊ hic nolendo
quicq; dicere vel reſpondere circa materiā
harum.ſc.aſſertionū preter id qđ ad repro
bationē earū theologicā ſpectat/⁊ ad appro-
tionem theologicā materiā precādo q alte
ra pars ſimilit ſe habeat/aut ſi ↄtigerit qđ
fiat deſcenſus ad pſonalia qualicunq; tan
gentia vel xpianiſſimū regem francie/cui9
legatione fungor/vel ſacrā theologie facul
tatem/aut illā cui9 pars eſt vniuerſitatē pa
riſien.aut pſonā meā/in fama/doctrina vel
aliter/det ⁊ pateat mihi legitime defenſio-
nis ⁊ rñſionis locus. Sic ſpero firmiter in
dño q potētiſſima veritas vincet/⁊ fides i
qua eſt mūdi victoria. Habet veritas ſimi
liter ⁊ iuſticia dicente aug.quādā lucē ſuā/
que velut orbiculariter ſe diffundit/⁊ termi-
natur in vmbrā/a qua luce dum quis refu
git excecat/⁊ magis ac magis in tenebroſa
dimergit. Intelligam9 igit que ſit volū-
tas dei ſub conſiderationib9 pauciſſimis.

Intelligere conuenit q hereticus eſt (ſi-
cut dicit aug.in de vtilitate credendi ⁊ ha-
betur.xxiiij.q.iij.) Qui alicui9 temporalis
cōmodi ⁊ maxime glorie principat9q; ſui
gratia/falſas ac nouas opiones vel gignit
vel ſequit. Ecce qđ dicit. Et nedū aſſenti-
ens/quoniam dubius in fide infidelis eſt
dum videlicet dubitat in eis que explicita
⁊ certa fide tenet credere/pfiteri/vel docere
ratione ſui ſtatus ſcie vel gradus/ppterea
dixi me nō dubitare. Intelligere conue-
nit qđ hereſis ſola nō facit de pſe hereticū/
niſi dum ↄiungit deprauatio ptinax ipius
voluntatis.iuxta illud aug. Errare potero
hereticus nō ero/⁊ hic locū habet proteſta
tio ac ſubmiſſio ↄditionalis/que ptinaciā
excludit. Hoc verū eſt in dubijs/ſed in cer
tis illa inquinat potius quā ſaluat/⁊ ē du-
plex iniquitas ⁊c.patet in hereticis dicen-
tib9 ſe fidē catholicā ſemp velle pfiteri. In
telligere ↄuenit q ille cenſendus eſt ptinax
qui nō dimittit errorē ſuū/ nec querit cau-
ta ſolicitudine veritatē/vel queſite ⁊ docte
nō obedit/cui9 ptinacie multa ſunt ſigna ſi
cut enumerat okam prima pte dyalogorū
libro quarto ponit decē ⁊ nouē ſigna. Ego
redigo ad duodecim/inter que illud eſt pci
puū ⁊ peſſimū/dū error defendit factis ⁊ v
bis/minis ⁊ terrorib9/cautelis ⁊ ambagib9
Aliud ſignū eſt in eis qui ↄſentiūt erranti
bus ſicut dicit ad Ro.i. quāto ampli9/qui
errores vel errantes defendere ſatagūt ma-
lis modis. Intelligere poſtremo ↄuenit
q nō licet homines ea neſcire que ſpectāt
ad officiū ppriū/ſicut optet iudices cogno-
ſcere ea de quib9 iudicare hñt/vt de homici
dijs furtis ⁊ ſilib9. Silr optet platos ⁊ do
ctores ſcire ne dū implicite/ſed etiā explici
te veritatē nr̄e legis/tam i ſpeculabilib9 q;
in agibilib9/q neceſſarie ſunt ⁊ vtiles ad
docendū ⁊ arguendū/ad corripiendū/ad
erudiendū in iuſticia/ſicut dicit aplus vt
pfectus ſit homo dei/ad opus bonū inſtru
ctus. Nihil aūt magis ſcire ↄuenit i pplo
xpiano ⁊ in omi republica/q; q ſeruanda
ſunt pacta ſeu iuramēta ad deū ⁊ primū/et
quō nō inferēda ſit iniuria pxio/pſertim i
re ſibi cariſſima/q eſt vita corpalis ⁊ ſpūa-
lis ſcȝ aie neq; occidat a nō vero iudice ſuo
neq; impediat per ſubitam mortem eterna
ſalus ſua. Quod deniq; nō vſurpet/quib9
nō eſt ↄceſſa ſibi poteſtatē/neq; velit eē iu-
dex teſtis ⁊ pars/⁊ ſibi ius dicere qđ nefas
eſt. Et ita de ſimilib9 pceptis moralib9 ⁊c.

Hoc attendentes nolite fieri impruden
tes ſed intelligentes que ſit voluntas dei/

et ſicut corde creditis ad iuſticiã/ſic potẽs
et conſtãs veſtra ſit oris confeſſio ad ſalu⸗
tem. quatinus qui probati ſunt manifeſti
fiant. Et pax dei que exuperat oẽm ſenſuꝫ
cuſtodiat corda vr̃a/ ꝛ intelligentias vr̃as
in chriſto ieſu dñ̄o nr̃o/qui eſt deus bene⸗
dictus in ſecula amen.

## a Aſſertiones conten

te in propoſitiõe defuncti magiſtri Johã⸗
nis parui et forma condẽnationis earun⸗
dẽ que facta fuit ꝑ ep̃m pariſienſem.

Licitũ eſt vnicuiq; ſubdito abſ⸗
q; quocũq; p̃cepto vel mãdato
ſcḋm leges naturalẽ/moralẽ/et di
uinaꝫ/occidere vel occidi facere
quẽlibet tyrãnũ/qui ꝑ cupiditatẽ/fraudeꝫ
ſortilegiũ/vel malũ ingeniũ/machinaꝛ cõ⸗
tra ſalutẽ corporalẽ regis ſui ꝛ ſupioꝝ oĩm
pro auferẽdo ſibi ſuã nobiliſſimã ꝛ altiſſi⸗
mã dominationẽ. Nedũ licitũ ſed honora
bile ꝛ meritoriũ/maxime qñ eſt potẽtie tã⸗
te/ꝙ iuſticia nõ põt bono mõ fieri ꝑ ſupre⸗
mũ. Erronea in fide et in moribꝫ multipli⸗
citer ſcãdaloſa. Leges naturalis mora⸗
lis ꝛ diuina autorizant vnũquẽq; ſubditũ
de occidẽdo vel occidi faciẽdo dictuꝫ tyran
nũ. Erronea in fide ꝛ moribꝫ ac legibꝫ na⸗
turali morali et diuine iniurioſa. Lici
tũ eſt vnicuiq; ſubdito/honorabile ꝛ meri
toriũ/occidere vel occidi facere ſupra noia
tũ tyrannũ/proditorẽ/ꝛ infidelẽ ſuo regi. et
ſupmo dño/ꝑ exploratiões et inſidias. Et
ꝓpria mors q̃ dñt mori tyrãni/ occidere ſcꝫ
eos villane. i. ſine diffidatione/ꝑ optimas
cautelas/exploratiões ꝛ inſidias/et eſt lici
tũ diſſimulare/et ſilere voluntatẽ ſuã de ſic
faciẽdo. Falſa erronea et ſcãdaloſa. Jus
eſt/ratio ꝛ equitas/ꝙ ois tyrãnus occidaꝛ
villane/ꝑ exploratiões ꝛ inſidias/ꝛ eſt pro
pria mors q̃ debẽt mori tyrãni ꝛ infideles.
occidere ſcꝫ eos villane/ꝑ bonas cautelas
exploratiões ꝛ inſidias. Erronea crudelis
et impia. Jlle q̇ occidit vel occidi facit
tyrãnũ ſupra noiatũ modis p̃dictis/ nõ de
bet de aliq̇ rep̃hendi/et rex nõ debet ſolũ eſ
ſe ɔtẽtus/ſed debet h̃re factũ acceptabile ꝛ
auctoriſare quantũ opus vel neceſſitas eſ
ſet. Erronea in fide et moribꝫ ac regie dñã⸗
tioni iniurioſa. Rex debet premiare vel
remunerare illũ q̇ occidit/mõ qui dictꝰ eſt
vel occidi facit tyrannũ ſupra nomiatũ. in
tribus rebꝫ ſcꝫ in ogibꝫ/honoribus/et diui

tijs/ Exemplo remunerationũ factarum.
ſancto michaeli archangelo/pro expulſiõe
luciferi a regno paradiſi/et nobili hoi phi⸗
nees ꝓ occiſione ducꝫ zambri/ Erronea in
fide ꝛ moribus ſcãdaloſa ac regie domina⸗
tioni iniurioſa. Rex debet plus amare
q̃ꝫ prius/illum qui occidit vel occidi facit
tyrannũ ſupra noiatũ/modis ſupra dictis
et debet facere p̃dicari ſuã fidẽ ꝛ bonã fide
litatẽ ſuã per regnum ſuum/ et extra facere
publicari ꝑ lr̃as in modũ ep̃le ꝛ aliter. Er
ronea in fide ꝛ moribꝫ ſcandaloſa ac regie
dñationi iniurioſa/ꝛc. Litera occidit
ſpũs aũt viuificat/hoc eſt dicere ꝙ ſemper
ſenſum lr̃alem ſeruare in ſacra ſcriptura eſt
occidere aiam ſuã. Expoſitio diſtorta ꝛ er⸗
ronea. In caſu ſocietatis/iuramẽtis/ꝓ
miſſiõis ſeu confederatõis factaꝝ ab vno
milite ad alterũ/quocũq; mõ illud fiat aut
fieri poſſit. Si cõtingat qȯ illud vertatur
in preiudiciũ vnius ꝓmittentiũ /ad confe
deratione ſpõſe ſue/aut ſuoꝝ liberoꝝ /ipe
de nullo teneꝛ eas obſeruare/hoc ꝓbaꝛ ex
ordine caritatis quo quilibet teneꝛ ſeipſuꝫ
plus diligere/vxorẽ/et liberos/ Falſa erro
nea ſedicioſa et ad periuria viam prebens
Pro declaratiõe prime aſſertiõis/place
at attẽdere qȯ cum bonũ et ſimiliter veruꝫ B
ſint ex oĩbus circũſtantijs vt dicit Ambro
ſius. ſi deficit vna circũſtantia/ propoſitio
vniuerſalis reddiꝛ falſa. Requiruntꝛ auteꝫ
multe circũſtantie ſi p̃dicta propoſitio de⸗
beat reddi vera/ Prima circũſtantia requi
ritur ad verificationẽ eius ꝙ ille de quo lo
quiꝛ ſit notorie tyrannus talis ſicut deſcri⸗
biꝛ/et hoc notorietate iuris vel facti/ Alio
quin quilibet fingere poſſet de quolibꝫ qȯ
eſſet tyrãnus. Vbi noteꝛ quid ſit notoriuꝫ
iuris/qꝛ ſi reus ɔfiteꝛ in iudicio/vel ꝓferꝛ
ſentẽtia cõtra eũ/ Et quid eſt notoriũ facti
quod ſcꝫ nulla põt excuſatiõe negari. qꝛ ſic
ſemꝑ euenit ex talibus argumẽtis. Vnde
nõ eſt procedendũ ad certã mortẽ ex incer⸗
tis ꝛ leuibꝫ cõiecturis/vel ſuſpicatiõibꝫ nõ
probatis. Jtẽ requiriꝛ ꝙ ſit notoriũ talem
de quo loquiꝛ/nõ poſſe cõprimi ꝑ ſupioreꝫ
ſuũ/et hoc notorietate iuris vel facti/vt pri
us/alioq̇n quilibet poſſit fingere vt prius
et ita periret omnis pollicia et dñatiõis au
toritas/et in regno/ꝛ in ciuitate. et genera
liter in omni ſocietate. Jtẽ requiriꝛ qȯ nõ
ſit ꝓbabile talẽ de quo loquiꝛ poſſe occidi
per aliũ eque bene. Alioquin mille ꝛ mille

deberēt concurrere ad occiſionē vnius ty-
ranni ſine lege et ordine/ex quo ponit aſſer
tio cum ſuis corollariis ꝙ a quolibet debꝫ
talis tyrannus occidi. Item requiritur ꝙ
non ſit probabile quod expediat tolerare
talem tirannū Ne deterior exitus proueni
at/alioquin periret conſiliuꝫ chriſti de nō
eradicandis zizaniis. Itē requiritur ꝙ nō
ſit probabile talē tirannuꝫ eſſe faciliter cor
rigibilē/vel ꝙ poſſit aliter cōprimi. cū faci
litate maiori alioquin nō daretur loc⁹ cor
rectioni et timori domini. Iteꝫ requiritur
quod non fiat occiſio talis tiranni inſidio
ſe/et ſubito cum certo detrimento anie ſue
vbi poteſt aliter fieri/prout requiritur vtili
tas reipublice/et anime ſalus,quoniam in
hoc fundatur/decretalis pro humani/de
aſſeſſinis. Itē requiritur ꝙ ad occiſioneꝫ
talis tiranni nō aſſumant̄ media de ſe ma
la/vt ſunt ficte confederatiōes/imo execra
tiones/et falſa iuramenta ⁊ mēdacia/quo
niam non ſunt facienda mala vt eueniant
bona ſ̄m apoſtolū. Et quia ſimulata equi
tas non eſt equitas.ſed duplex iniquitas/
quia iniquitas ⁊ ſimulatio. Pro hac eſt il
lud quod iuſtum eſt iuſte exequeris Item
Item requiritur conformiter ad preceden
tia circūſtantia quod bono animo fiat hec
occiſio. Non ex vīdicta vel rancore vl̄ am
bitione/ſed intuitu legis diuine ⁊ ciuilis/
ac pro rei cōmunis vtilitate/ cum omibus
circūſtantiis aliis moralibus/quādo ⁊ vbi
oportet. Ratio eſt ſicut ad p̄cedentē/ vnde
non debet occidi p ſacerdotem / in loco ſa
cro ⁊c. Sed quare non apposite ſunt
conditiones p̄miſſe ad aſſertionē illaꝫ. Re
ſpondetur quod ſubſumptio in minori ha
buit inſtantias p qualibet circūſtantia re
quiſita i morte domini aurelianēſis. ymo
etiā ſi p̄dicte conditiones oēs concurrerēt
quod ſcilicet aliquis notorie eſſet tirānus
et incorrigibilis p ſuperiorē /⁊ intollerabi
lis p ſubditos/ Nihilomin⁹ ſc̄t̄us thomas
in ſuo regimine principū ad regem cipri/.
et magiſter Nicolaus oreſineni/tranſlatio
ne ſua circa principium quinti pollitico
rū.et alioꝝ plures dicūt et deducūt ex intē
tione.ꝙ talis tirannus magis eſt iudicio
dei reſeruandus.quam p priuatam autori
tatem vel ſeditionē occidēdus. videantur
eorum reſponſiones. Conſtat autem ꝙ in
hac parte magis credēdum eſt catholicis
doctoribus.ꝙ̄ philoſophis infidelibus.ſi

forſan aliter ſentiunt in factis vel in ſcri-
ptis/quēadmodum iudicabunt eſſe opus
fortitudinis ſemetip̄m occidere / et multa
ſimilia que lex chriſtiana condēnat. Atten
datur ꝙ vltra p̄dictos errores/ſunt alii plu
res iſtorū occaſione ſeminati/plus ꝙ̄ ſexa
ginta quoꝝ reprobatio nō eſt iudicialiter
facta/ſed doctrinaliter annotata ⁊c.

## Sequitur caſus

breuis ſententie/late pariſius contra ꝓpo-
ſitionē magiſtri Iohānis parui/ quā inti-
tulauit iuſtificationē duc̄s Burgundie ⁊c.
Preſuppoſitis circumſtantiis
morꝫ improuiſe ludouici du
cis aurelanen̄.fratrꝫ vnici re-
gis francie/et ꝯfederatōibus
cum eo p iohannē ducē Bur
gundie iuratis/⁊ aliis q̄ ſunt notoria in fa
cto/proponere publice ⁊ aſſerere ac defen-
dere/ꝙ hec mors fuit iuſte facta / ⁊ ꝓ bono
regis et regni francie/et ꝙ eaꝫ rex debebat
habere gratā/et laudatā / ac remuneratiōe
dignam/eſt ſcādaloſe et pernicioſiſſime er-
rare in fide ⁊ moribꝰ/et ſpecialiter ꝯtra hec
duo p̄cepta/ Non occides ſcꝫ abſq̄ autori
tate iudiciaria/ Et illud nō ꝑiurabis Vbi
omne iuramentū. Iubet̄ obſeruari qđ nō
vergit in detrimentū aie/et cōtra illud exo.
xxi. Si quis p induſtriā occiderit primuꝫ
ſuū ⁊ p inſidias/ab altari meo euelles eum
vt moriat̄/et ꝯtra illud.xxiii.q.v.ca. Nō oc
cides. Qđ ſumit̄ ab Auguſtino libro de ci
uitate dei. vbi dicit̄. His igit̄ exceptis q̄s
vel lex iuſta generaliter/vel ſp̄ūſſanct⁹ Iu
ſticie de⁹ ſpecialiter iubet occidi/quiſquis
hoīm vel ſeip̄m vel quēlibet occiderit /ho-
micidii crimīe innectit̄. Et.xxiii.q.viii.ca.
Quicūq̄./quod ſumit̄ ab eodē augu. eo-
dē libro. vbi dicit qui ſine publica aliq̄ ad
miniſtratiōe maleficum/furem/ſacrilegum
adulterū/et ꝑiurū vel quēlibet criminoſuꝫ
interfecerit/aut trucidauerit/vel mēbꝝ de
bilitauerit velut homicida iudicabit̄/ et tā
to acri⁹ quāto nō ſibi a deo ꝯceſſaꝫ ptātem
abuſiue vſurpare nō timuit/ Eſt deniq̄ cō
tra rationē cōdēdi decretalē illā p hūani de
homicidio,libro.vi.editā i Cōcilio lugdu
nēſi.vbi ꝯtra interfectores p aſſeſſinos po
nit̄ pena excōicatiōis ⁊ depoſitionis.a di-
gnitate honore ordine ⁊ bn̄ficio ip̄o facto
Et ꝙ q̄cunq̄ talis fuerit.a toto xp̄iano po
pulo ꝑpetuo diffidat⁹ ē.ſic ꝙ poſtq̄ ꝓba-

bilibus conſtiterit argumētis aliquod ſce/
lus tam execrabile cōmiſiſſe. nullate⁹ alia
excōmunicatiōis vel depoſitiōis vel diffi/
derationis aduerſus eū ſnīa reqrit. Se
quit cōcluſio quaꝫ eps pariſieñ. miſit non
nullis doctoribꝫ ꝛ magiſtris ī theologia al
me vniuerſitatis pariſieñ. cū ſuis reprob a
tionibꝫ in die veneris. ſeptima decēbꝫ an/
ni. 1413. ad reddendū deliberatiōeꝫ ſuā die
mercurij. xiij. ſequētibꝫ. in forma q̄ ſeqꝛ ꝛc̄.
Ex parte dñi epi pariſieñ. ꝛ inqſitoris. ꝛ cō
cilij fidei ſolēniſſime ꝯgregati. magiſtri re
ferēdi mittit vob̄ ſcedula. ꝯtinēs aſſertōes
aliq̄s cū ſuis reprobatiōibꝫ. quare requiri
mus vos ſub penis iuris/ vt detis delibe/
ratiōnē vr̄am publice ī ſcriptis vel verbo/
tenus. Si huiuſmodi aſſertiōes ex quibꝫ
ortū eſt notorie ſcandalū/ ſicut noteſt ꝯciliū
fidei/ ſint erronee ꝛ taliter condēnande. vt
cōſequēter ꝑcedere valeam⁹ ſicut ordo iu
ris poſtulat/ etiā infra diē mercurij. xiij. hu
ius mēſis decēbris ꝛc̄. Quilibet tyrān⁹ po
teſt ꝛ debet licite ꝛ ꝑmeritorium occidi/ a q̄
cunqꝫ ſuo vaſallo aut ſubdito/ ꝛ ꝑ quēcūqꝫ
modū maxime ꝑ inſidias ꝛ ꝑ flaterias. Nō
obſtāte q̄cunqꝫ iuramēto aut ꝯfederatiōe
facta apud eū. nō expectādo ſnīam aut mā
datū iudicis cuiuſcunqꝫ.

Sequit reprobatio hui⁹ cōcluſiōis
in forma. Hec aſſertio ſic gene/
raliter poſita. ꝛ ſm acceptionē huius voca
buli tyrānus. eſt error in nr̄a fide. ꝛ doctri
na bonoꝝ moꝝ ꝛ eſt ꝯtra p̄ceptū dei. Non
occides. glo. ꝓpria aucte. Et ꝯtra h̄ qđ dicit
dñs nr̄. Omēs q̄ gladiū accepit. glo. ꝓpria
aucte. gladio ꝑibūt. Itē hec aſſertio vergit
in ſubuerſionē toti⁹ reipublice. ꝛ vniuſcu/
iuſqꝫ regis aut ꝑncipis. Itē dat viā ꝛ licēti
am ad plura alia mala/ et ad fraudes ꝛ vio
latiōes fidei ꝛ iuramēti. ꝛ ad ꝓditiōes/ ꝛ ge
neraliter ad oēm inobedientiā ſubiecti ad
dñm ſuū. et ad oēm infidelitatē ꝛ diffiden/
tiā vni⁹ ad alteꝝ. et cōſequēter ad eternam
dānationē. Itē ille qui affirmat obſtinate
talē errorē ꝛ alios q̄ inde ſequunt eſt hereti
cus/ et tanq̄ hereticus debet puniri etiam
poſt ſuā mortē. Notet ī decretꝫ. xxiij. q. v. ꝛc̄.

Sequit tenor ſcedule ex ꝑte epi pa/
riſieñ. ꝛ inqſitoris p̄fatis doctori/
bus ꝛ magiſtrꝫ. anno predicto die
mercurij. ſeptia februarij trāſmiſſe. Ma
giſtri reuerēdi/ mittit vob̄ ſcedula ꝯtinens
aſſertiones aliq̄s. extractas ꝑ deputatos
ad hoc. ordinatos ꝑ nos ex deliberatiōe cō
cilij fidei. ex quaternis pluribꝫ ꝓpoſitiōibꝫ
magiſtri Johānis ꝑui/ quā ipe vocat iuſti
ficationē dñi burgundie. reqrētes vos ī fa
uorē fidei/ vt die lune ꝑxima de mane com
pareatis in camera nr̄a epali/ ad dandum
nob̄ ſalubre ꝯſiliū ſupra p̄dictis aſſertioni
bus an ſint erronee ꝛ rationabiliter condē
nāde/ vt ꝯſequēter ꝑcedere valeam⁹ ſicut or/
do iuris poſtulat ꝛc̄. Pretēdūt aliq̄ de/
fenſores doctrine hereticalis noue aſſertio
nū condēnationē eaꝝ/ quā directe nō pūt/
per indirectū impedire. Turbaret inquiut
pacē ſctāꝫ ꝛ diuiſiōes induceret illa damna
tio. Sed reſpōdet in oppoſitū/ primo. qꝛ
doctrina hec radix eſt diuiſionū/ q̄ remanē
te nō ſucciſa magis ac magis diuiſiones
pullulabūt. Secūdo qꝛ doctrina hec peſti
fera tollit ꝛ eneruat oēm pacꝫ ſtabilitatem.
dū homicidia inſidias ꝛ ꝑiuria fouet/ ſicut
patet intuēti/ p̄ſertim in nona. vbi dicitur
qđ nullus iurās tenet ſeruare iuramētū in
ſuū p̄iudiciū/ vxoris vl' liberoꝝ. Tertio qꝛ
materiā hāc iā in cōtradictiōe poſita ſolem
niter ī hoc ſacro ꝯcilio nō cōdēnare/ eſt eā
patēter approbare. Juxta illđ canonis. Er
ror cui nō reſiſtit approbat. Attēto ꝙ hec
materia moralis ſub probabilitate relinq̄
nō pōt/ qꝛ ſub probabilitate nō ſunt hoīes
occidēdi/ neqꝫ inſidiādū ē neqꝫ ꝑiurādum
Quarto qꝛ ſic ꝯſueuerūt heretici/ poſtq̄ ef
fuderūt venenū ſuoꝝ erroꝝ dicere/ Ecce ſi
valeamus ne turbem⁹ pacē/ ſicut patuit ī
arrio ꝛ fautoribus ei⁹. ſic in propoſito: qꝛ
defenſores aliq̄ hui⁹ doctrine mortifere ꝑ
ſequunt aſſidue verbis ꝛ factis impugna
tores eius. tā iudicialiter ī facto p̄tenſe ap/
pellatiōis quā ꝑſequūt corā dño Cardiali
de vrſinis/ quā extraiudicialiter/ mirꝫ mo/
dis. Et attēdat ꝙ non pōt dici iniuria ma
ior vni xp̄iano. p̄ſertim p̄lato vel principi
vel ꝓfeſſori/ ſeu cōſiliario ꝑncipū/ q̄ ꝙ ſu/
ſcitabit diuiſiōes ꝛ guerras. ſi fidei materia
diſcutiat atqꝫ terminet. Illi porro dicendi
ſunt ſedicioſi vel ſcodaloſi/ q̄ doctrinas ſcā
daloſas ſeminātꝫ nō q̄ iā peſtifere ſemiatas
ꝛ nimis prochdolor adultas/ eradicare cō/
tendūt. ſciētes ꝙ a ſpeculatore ſilēte. pere/
imtiū ſanguis exquirit. Deniqꝫ fidei veri
tas vbi diceꝫ ſi in generali cōcilio ſubticen
da cēſet. Nō ne grego. ait vtili⁹ naſci ſcāda
lū ꝑmittit/ q̄ veritas deſerat. Qualis tan/
dē crudelior impietas q̄ errātibꝫ ī via mo/

rum: nolle petitū tramitē oſtēdere veritatē.
Alio modo querūt euaſionē aliqui dicen-
tes ꝙ ille aſſertōes pñt exponi rationabili
ter/addēdo gloſas aliq̄s/ſicut exponunt̄ p
poſitiōes morales de ſacra ſcriptura/ vt il-
la maleficos nō patieris viuere/q̄ genera-
liter intellecta eſſet falſa. Addūt ꝑ reglā qḋ
nulla ꝓpoſitio dānanda eſt/q̄ pōt trahi ad
bonū ſenſum. Sed illa reſpōſio cū ſua ad
ditione ꝑniciosiſſima eſt/ ꝛ ꝯtra oēm eccle
ſiaſticū ritū/qꝛ ſic fundabāt ſe heretici/pro
ut vidimus in ꝛvicklef et huſſ/qui dum vr
gebātur/confugiebāt ad gloſas. Unde pro
poſitiōes vniuerſales de ſacra pagina pñt
et debēt aliter exponi/q̄ꝫ ꝓpoſitiōes mgrī
Johannis parui/primo qꝛ ſcriptura ſacra
exponit ſuas regulas ꝑ ſemetipſas ſm di-
uerſos paſſus ſcripture ꝛ iuxta ſacros do-
ctores. Nō ſic aūt inuenit̄ qḋ magiſter Jo
hannes parui ſe expoſuerit/imo poti⁹ op-
poſitū ꝯſiderādo cauſas dicēdi. Secunda
qꝛ ſcripture ſacre debet̄ talis reuerentia/ꝙ
non licet eā eſſe falſam in aliquo ſenſu lr̄ali
Non ſic eſt de propoſitione predicti parui
vel alterius doctoris ꝛc. ¶ Finit

## ¶ Sequitur declara- e

tio veritatū que credende ſunt de neceſſita
te ſalutis edita per eundem dominum can
cellarium pariſienſem.

Declaratio cōpendioſa/ q̄ ve-
ritates ſint de neceſſitate ſalu
tis credende. que de ſola pro
babilitate tenēde. que de pie
tate fidei reputande. et q̄ ſint
impertinētes iudicāde. Et h̄
ſub diſtinctione vel gradu ſextuplici. qui
ad quaternariū reducit̄. Pro ſolutōe dubi
tatiōis. q̄ nuꝑ mouebat̄ i ſermone de nati-
uitate btē virgis marie ꝯſideratiōe ſecūda

## ¶ Primus gradus

Primus gradus veritatū credendaꝝ
eſt canon toti⁹ ſcripture ſacre ꝛ ſinguloꝝ q̄
in ea lr̄aliter aſſerta ſūt. Sic videlicet ꝙ nō
ſtat cū fide vt aliq̄s diſſentiat ꝑtinacit̄. ali-
cui ꝯtēto in eadē ſcriptura. ad intellectū ſpi
rituſſcti. q̄ eſt vere ꝛ ꝓprie ſenſus lr̄alis. Si
allegatio q̄rit̄ ſufficit illud Math. v. Amē
q̄ppe dico vob̄. Donec trāſeat celū ꝛ terra
iota vnū aut apex nō p̄teribit a lege donec
oīa fiāt. Sequit̄ Amē dico vob̄ Celū ꝛ ter
ra trāſibūt. v̄ba aūt mea nō trāſibūt. Con-
ſtat aūt ꝙ canō biblie. lex eſt dei ꝑ reuelati-
onē habita. cui⁹ aſſertiōes lr̄ales innitun-
tur huic vnico lr̄ali ꝑncipio. Omne reuela
tū a deo eſt veꝝ. ꝛ ꝙ ſcptura ſacra diuinit⁹
eſt a deo reuelata. ſic ꝙ in oī ſua pte. eſt ver
bū dei qḋ trāſire nō pōt. facit ad hoc diſti.
ix. decreti capitulis. Ego ſolis. Si ad ſa-
cras. Et quis neſciat.

## ¶ Secundus gradus

Secūdus gradus veritatū ab ecclīa de
terminataꝝ eſt. q̄ ab indubitata relatione
aploꝝ. ꝑ ſucceſſionē ꝯtinuam deuenerunt
Eſt aūt hec ecclīe autoritas tāta. vt diceret
Augu. Euāgelio nō crederē. niſi me auto-
ritas ecclīe cōpelleret. Quāq̄ꝫ viciſſim dici
poſſit. eccie nō crederē. ſi non autoritas ſa
cre ſcpture impelleret. Et ita diuerſis reſpe
ctib⁹. autoritas vtraq̄ꝫ mutuo ſe cōfirmat.
Attēdendū tn̄ eſt. ꝙ nō oīa q̄ tradit vel
tolerat eccia publice legēda. ſunt de neceſſi
tate ſalutꝫ credēda. ſic̄ patebit ex q̄nto et ſe-
xto gradib⁹ veritatū. ſed dūtaxat illa q̄ ſub
diffinitiōe iudiciali tradit eſſe credēda. vl̄
oppoſita reprobāda ꝯcurrēt̄ vniuerſali to
tius ecclīe ꝯſenſu implicite vel explicite ve
re vel interpretatiue.

## ¶ Tertius gradus

Tertius gradus eſt veritatū ſpecialiter
aliq̄b⁹ reuelataꝝ. q̄ ab illis q̄b⁹ reuelatio fa
cta eſt. abſq̄ꝫ vlla dubitatiōe credēde ſunt.
Alioquin nō eſſet reuelatio. de cui⁹ ratiōe
eſt vt ſit certa. Ceteri vero q̄b⁹ nō eſt huiuſ
modi reuelatio facta nō obligant̄ credere.
niſi ꝑ miraculū vel ſcripturā ſacrā. ꝛ preci-
pue ꝑ eccleſiā det̄ certitudo. Sic eñi iohēs
baptiſta miſſionē ſuā oñdit ꝑ ſcripturā ꝓ-
phetica. Et apl's ꝓpterea ꝯtulit euāgeliū ſu
um qḋ habuerat ꝑ reuelationē cū petro et
aliis de eccia. nō ꝙ dubitaret de illo euan
gelio. peccaſſet eñi. Nec dixiſſet etiā ſi an-
gel⁹ de celo aliḋ vob̄ euāgeliſauerit anathe
ma ſit. Sꝫ idō ꝯtulit euāgelium ſuū. vt ap
probaret̄ ꝑ eccleſiā ad credulitatē alioꝝ. et
nō ad ſuā. qꝛ dixit ꝙ nihil ſibi ꝯtulerūt pe-
trus ꝛ ceteri. ſꝫ dextras dederūt cū cogno-
uiſſent grām dei q̄ data erat ſibi. De-
muꝫ triplex hmōi grad⁹ v̄itatū reducit̄ ad
vnū ſcꝫ ad v̄itates q̄ credi debēt imediate
et explicite a deo reuelate eſſe.

## ¶ Quartus gradus f